



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801324-p0001-5

DFG

333

1768, 28.
No. 6970.

S P E C I M E N
CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
AN
CONSENSVS CONNVBIALIS
METV EXTORTVS
EFFICAX FIAT HIEROLOGIA
ECCLESIASTICA

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO

DIE XIIIL APRILIS ANNO CICIDCLXVIII.

IN AVDITORIO PETRINO

P V B L I C E D E F E N D E T

CAROLVS GOTTLIEB WAHL

REGIOPONT. L VSAT.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

SP E C I M E N
C O N T I N U E
C A P A T I A R I S C O N T R O V E R S I A M
V N
C O N S E N S U S C O N N A B I A L I S
C M P T A P H Y T O R T A S
L I T R I C A X E T A H I E R O L O G I A
B E C F E S I A S T I C A
G A O D
H I L A T R I S I C T O R Y M O R D I N I S G R Y A N I
P R A C E S I D E R
D C H R I S T I A N O H E I N R I C H E R B R E U N I N G
L R O P E D O R I A R N A T E T E E N T L A R P I C O R D I N
T A S C O O F F T A T T E T L A R T E R A T A R A T Y A G
S O C I O
D I E K I E R A P H I E R I S M I N D C I D S C E R Y A N U
I N A N D I T O R I O P R T R I N O
P A H T I C A D S R I N D E R
C A R O P T A S G O T T L I E B W A H L
R A D O L D A T P A Z A T

L I P S I A E
E X O T H C I N A L A N D E M I A M I



AN

CONSENSVS CONNVBIALIS

METV EXTORTVS

EFFICAX FIAT HIEROLOGIA

ECCLESIASTICA.



§. I.

F rustra hic de connubiis Romanorum, de con-
sensu coemtionis, quaeque alia sunt, tractare-
tur, qui de quaestione ad nostrum forum
accommodata dicturi sumus. Tanta enim
antiqui a nouo iure est differentia, vt, maxime cum con-
nubia cooperint referri ad negotia ecclesiastica, absurdum sit
ex antiqua gentili iurisprudentia argumenta deducere. Tra-
ctabimus ergo potius quaestionem ex principiis iuris eccl-

A 2

fiaſti-



siaſtici, quibus plerumque utimur, quoties controuerſiae matrimoniales decidendae ſunt.

§. II.

Matrimonii vinculum nouo iure dupli relatione conſiderari ſatis maniſtelum eſt. Vel enim obligationem eam traetamus, quae inter coniuges ipſos exiſtit, vel de iuſtiſia publica quaerimus, quae ex legum autoritate copula illa in ecclēſia per facerdotem fit. Si de obligatione ipſa inter coniuges dicimus eiusque cauſa, ſolo conſenſu partium contrahentium contrahitur. Solum hunc conſenſum requierenſes, non obinde excludimus eorum conſenſum, quorum leges requirunt. Horum enim conſenſus interueniens magis ex ciuili externaque obligatione accedit. Si enim conſenſus de neceſſitate abſoluta requiriſtur alius cuiuſdam praeterquam eorum, qui nuptias celebraunt, hie ſi acceſſit efficiet, ut ipſi matrimonium contrahentes conſentire queant. Quapropter fac conſentiant, quorum conſenſus neceſſarius atque diſſenſus conuentiōnem matrimonialem vitiaret, illi vero, qui coniungendi ſunt, diſſentirent, unde habebis matrimonium. Si vero conſenſus de ſola honeſtate; fac diſſentire eos, quorum conſenſus de honeſtate requirendus, conſentire vero eos, qui ita conſenſum requirere neceſſe habuiſſent, quid obeft ipſi coniunctiōni conſentientium?

§. III.

Etiam

§. III.

Neque canonica iura aliud quidquam ad internam illum obligationem requirunt, quam partium consensum. Inde non omnino improbant legitimum matrimonium, quanquam vim sacramenti inesse negent, de quo deinceps. At iam distinguendus est consensus connubialis *de perficiendo matrimonio* et consensus in ipso *contracto matrimonio*. *Ille* sepe maxime exerit in sponsalibus ipsis ita celebratis, ut statim sequantur ceremoniae, quibus conficitur matrimonium, *hic* vero declaratur in ipsis adhibitis ceremoniis ad perficiendum matrimonium. Iam vero uterque ille consensus sua natura debet esse liber, quippe consensui nihil magis obest, quam vis et metus. Quanquam haec abstracte vera sunt, tamen videamus, an in singulis rationibus quoque vera sint. Adplicatio enim fieri debet ad ritus hierologicos, et iam videndum, an in iis quoque coationibus esse possit, et si possit esse locus, an obfit matrimonio.

§. IV.

Nihil hic de ceremonia illa *benedictionis ecclesiasticae* dicam, cuius legitimos origines dedit primum in occidente seculum post Saluatorem natum VIII post in oriente IX. ut docuit B O E H M E R V S in *Iur. Eccles. Protestant.* L. IV. Tit. III. §. 25. sq. Hoc tantum moneo, saepe illas controuerias forsitan frustra agitatas fuisse: an pertineat



hierologia ad essentialia ipsius matrimonii. Non negabo, forsan fore inter doctos homines, qui hanc ceremoniam ecclesiasticam tantae aestimant necessitatis, ac si diuini iuris esset, quos recte taxavit PERTSCH. in *Elem. Iur. Can. L. II. Tit. XIV. §. DCCXXXVIII.**. Quis enim probet, primis ecclesiae Christianae seculis clericum aduocatum, qui vinculum nechteret. Sunt vero alii, qui abesse a matrimonio posse hanc ecclesiasticam ceremoniam arbitrantur, imo prope omnem illius usum tanquam superstitionis damnant. Sicuti vero illi peccant, qui de absoluta necessitate esse hierologiam arbitrabantur, ita hi non minus castigandi, qui forsan iniqua sententia taxant. Concedo quidem, multa interdum adseri atque concludi ex superstitione: En *sanc*tum vinculum, en *indissolubile*, en *damnandum coitum* non adhibita illa copula. Hae sacramenti sunt reliquiae, ex foris protestantium principium negantium eliminandae; At vero ob quasdam, quae improbandae sunt conclusiones, omnem improbare usum, vix excusari poterit. Quae enim est illa copula sacerdotalis ratione originis rationeque argumenti? Arbitror, gratulationem esse cum piis appreciationibus coniunctam per solennem formulam receptam, cui admonitio de vtrorumque coniugum officiis. Haec hierologiae primaria, reliqua accidentalia. Haec vero gratulatio cum beneprecatione coniuncta vix fieri poterit, priusquam vtraeque partes sese declarauerint fore coniuges. Habes omnia! *Quis in hisce superstitionis reperiat. Deprehendes forsitan causam hu-*

clorisid

ius

ius receptae solennitatis in censuris illis ecclesiasticis, quas vagae libidini posuerat olim ecclesia. Si ita: nihil video mali. Patet ex his, ex natura essentiaque matrimonii in se spectati, posse adesse, posse vero abesse, et matrimonium perfectum minusque damnandum fore, in quo illa solennitas non adhibita. At vero quid tunc, si in republica matrimonium contemplamur. Potest respublika auctibus subditorum normam scribere ceremoniasque ordinare, sine quibus actus fieri ciuiliter haud debet. Fiunt ergo tunc hae ceremoniae, quae per se accidentes sunt, substantiale ciuile. Id enim substantiale dicimus, sine quo res ipsa existere nequit. Quae si vera sunt, cum ciuitas Germanica vtriusque corporis et Euangelici et Pontificii, has hierologiae ecclesiasticae ceremonias ita probauerit, vt iis omisis haud valeat coniunctio; sequitur in Germania illas ceremonias vere ad essentiam civilis matrimonii pertinere. Sola ergo lex causa est, non religio, non ipsa coniugum coniunctio. Vtraque et religio et ipsa coniugum coniunctio nec praecipit sacerdotalem copulam, neque vero prohibet, quare et ab Euangelicis retenta.

§. V.

Quae cum ita sint, facile patet, dupli ratione hic concipiendam coactionem aliquam et vim ad extrahendum consensum inter personas vinculo coniugii obligandas. Vel enim cogitari potest, vim adhibendam esse quo consensus extorqueatur, de celebranda ceremonia ecclesiastica ad perf-



perficiendum matrimonium, vel cogi ad consentiendum partem renitentem in ipsa ceremonia, videlicet ut affirmet se alterius coniugem vel maritum fore. Quo vero distinctius rem exponamus, de ipsa coactione adhuc aliqua monenda. Haec coactio, hic metus *vel* causam habere potest in sola reuerentia, quam alteri debemus, *vel* in violentia contra alterum adhibita at iusta, *vel* in vi et violentia iniusta seu ab eo adhibita, cui ad cogendum nullum ius competit. Metus ille reuerentialis plane hoc haud referri potest; non enim vera coactio, nec vis adest. Poterat enim impune dissentire: cum vero consentit, qui interne dissentit, ea opinione, ne laedat obsequium cultumque quem alteri debet, causam determinantem voluntatem habet in se, hoc est, per intellectum determinat voluntatem suam, sic plene perfecteque liber agit, hinc si ita consentit vel in actu primo vel in actu secundo, seu ipsis ceremoniis quibus civile perficitur matrimonium, metu ne reuerentiam dissentiendo laedat, sibi imputet, et recte obligatur ex libero consensu.

§. VI.

At quid de altero themate dicamus, videlicet, si iusta vis externa accedit, quae dissentientem cogat ad consentiendum, seu quod idem est, dissensum pro consensu declareret. Facile patet, nos de ea coactione tantum differere iusta, quae per iudicem fit interposito decreto contra refractarium, qui puellam spe matrimonii et accendentibus

spon-

9

sponsalibus defraudauit atque compressit. Antecessit qui-
dem consensus liber in contrahendis sponsalibus, confir-
mauit huncce antecedentem consenfum copula carnali,
sed cum adimplenda postea promissio esset, recessurum a
pacto interueniente decreto iudex cogit ad adimplendum
ex consensu libero promissum, neque dubium est, quam-
uis vel ope executorum sententiarum ad pedes altaris vi-
ducatur, imo interrogatus, an sponsam coniugem habere
cupiat, publice neget, tamen addita hierologia sacra ci-
uiles omnes coacto huic confert effectus matrimonio.
Sed hic minus dubii esse videtur, cum antea libero consen-
su se ad matrimonium contrahendum obstrinxerat: at
quid? si virginem sine promissione matrimonii quis stu-
prasset, neque eandem damnatus postea dotare vel vellet, vel
posset, an recte vis adhibita ex sententia iudicis validum
efficiat matrimonium, si superuenerit hierologia sacra?
Neque quidem vel hoc themate dubitandum videtur.
Cum enim hac specie lex praecipiat: *aut dotet, aut ducat:*
is qui feminae stuprum infert, consentit factō in alterna-
tiuam illam, quam lex statuerat, obligationem. Vis ergo,
quae iussu iudicis infertur, iustissima est, quippe iudex
in tantum vim stupratori infert, in quantum fese ipsum fa-
ctō obligauerat. Quapropter si et armata manu ad con-
sentientium recipiendamque facerdotalēm benedictionēm
coactus fuerit, nunquam ob coactionem inualidum nul-
lumque dici poterit matrimonium.

B

§. VII.



§. VII.

Veniamus demum ad eam speciem qua quis cogitur iniusta vi ab eo, qui cogendi ius non habet ad contrahendum matrimonium, et iam distinctius quaestio tractanda. Vel enim cogitur ad consensum tantum sponsalitium, vel eum explicandum consensum de hierologia petenda, vel impellitur vi in ipso aetū hierologiae conferendae. In illo themate nihil est, quod moneamus, cum omnes consentiant, vim obligationemque ex eo consensu coacto nullam esse, neque alteram partem agere posse ad consumandum matrimonium per benedictionem ecclesiasticam. At vero in posteriori themate sunt, quae monenda videntur. Confirmant omnes, matrimonium coactum nullum esse. Iam vero matrimonium nunquam habebimus, nisi interueniente copula ecclesiastica. Et iam fatetur, valde difficile tunc cogitatu esse coactum matrimonium. Nam cum copulationi illi praecedere debeat trina proclamatio, satis supererit coactae parti temporis, quo se possit liberare a ceremonia ecclesiastica, atque a iudice auxilium querere contra eum, qui vim intulerat, quiue non tantum grauissimas eiecerat minas, sed et qui is quoque erat, qui quae minitatus fuerat, perfidere poterat. Suae ergo prius ope iudicis consulat securitati, quam vt dein ad hierologiam capiendam sese metu minarum, vel cogitatione vis illatae duci patiatur. Quapropter potius arbitrator, eum qui ad promittendum, se hierologiam sacram accepturum, seu se cum virgine matrimonium adhibitis

cere-

+ + +

II

ceremoniis ecclesiasticis consumaturum coactus fuerat, si postea non implorato iudicis auxilio in actu copulationis ecclesiasticae publice consentiat, taciturnitate sua, cum de vi haud quaerat, per hierologiam illam vitium coactionis in consensu purgasse, sive eum libere consensisse videri.

Addo. Quid obstat, quo minus ad Altare in ecclesia constitutus a parocho interrogatus, an praesentem sponsam coniugem suam agnoscere velit, libere et ex animi sententia neget, imo parocho coactionem exponat, qui dissentientem publice iungere coniugi tunc nequit; vix enim tunc ob loci sanctitatem aliarumque personarum praesentiam quidquam est, quod metuat. Cum itaque non prohibet, quod prohibere potest, consensisse videtur, et sic consensus liber expositus matrimonium purgat a vitio coactionis, itaque firmum iustum et obligatorium durabit.

§. VIII.

Tandem quanquam arbitrabar, valde difficile cogitatu esse matrimonium coactum in actu ipso copulationis ecclesiasticae, tamen non omnino nego, posse themata fingi, in quibus coactionis aut metus ratio in actu hierologico accedit. Fac, Titium filiam suam ex iure imperii domestici, quod sibimet ipse fingit, sposondisse Sempronio. Quid facilius, quam quod superioris dispensatione interueniente vel penitus negligatur proclamatio, vel ea adhibita reclamam teneat pater filiam, ne se proclamatam esse experiatur. Post alia obtenta dispensatione principis de priuatim con-

B 2

ferren-

* * *

ferrenda benedictione conuiuium solenne instituat, cui ut intercesset filia, iubet. Antequam vero ad conuiuas adducatur virgo, pater eandem ad se vocat, proponit, statim fore eandem per sacerdotem iunctam Sempronio, seque praeципere, ne dissentiat additis minis strictissimis, simulque flagellum monstrat, quo gravissime filiam sit castigaturus in conspectu clerici et conuiuarum, si neget consensum, iurans, sc. verba adimpleturum: mox dicit ad clericum iam praesentem filiam traditque sposo, flagello instruetus. Clericus consueta formula coniungit utrosque. Consentit filia metu coacta minis patris, quem sciebat tyrannum agere in familia. Iam quaero, an subsistat matrimonium, et an tunc per hierologiam purgetur vis illata? Et tunc dubium non est, ipso iure nullum esse matrimonium, nec quidquam efficere posse hierologiam illam ecclesiasticam. Ita forsitan alia quoque themata, quamuis rarissime contingent, singitamen poterunt, de quibus recte adfirmetur, nullum esse matrimonium, ad quod ineundum metu extortus sit consensus.

T A N T V M.



ULB Halle
005 880 491

3




ND18





B.I.G.

Farbkarte #13



S P E C I M E N

C O N T I N E N S

1768 28.
No. 670.

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N

C O N S E N S V S C O N N V B I A L I S
M E T V E X T O R T V S
E F F I C A X F I A T H I E R O L O G I A
E C C L E S I A S T I C A

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G
P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P V B L I C. O R D I N.
E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.
S O C I O

D I E X X I I I. A P R I L I S A N N O C I C I C C L X V I I I.

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

P V B L I C E D E F E N D E T

C A R O L V S G O T T L I E B W A H L
R E G I O P O N T. L V S A T.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

